



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Varijs modis & caussis matrimonia solui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

548 Cap. XLIII. An matrimonium magis insolubile esse conueniat?
quòd etiam sponte, ex mutuo coniugum consensu, vterque
potest ingredi in religionem? Vsque adeò multis modis Dei
matrimonijs prospexit, vt *insolubilitate* eorum nemo ad anima
sue exitium obligaretur. Sed multi etiam hīc sua culpa, ma-
lunt ægrotare, quām admittere medicinam.

C A P V T XLIII.

*Quinam, & an rectè matrimonium adhuc magis insolubile
esse optarent?*

Hec usque de illis locuri sumus, quibus *insolubilitas* est
odiosa; nunc etiam aliquid respondendum est ijs,
qui malent ipsam *insolubilitatem*, magis esse insol-
ibilem, & nullo vel casu, vel interitu disrupti posse. Nam vi-
diuersa sunt, inter mortales ingenia, ita & diuersa iudicia des-
ideriaque inueniuntur. Quemadmodum igitur alijs infautis
optant coniugijs absolui, ita & alijs ea vellent perpetuare, qui-
bus coniugia fausta contigerunt. His tam diuersis, immo ad-
uersis, non eadem remedia sunt proponenda. Ambierat, in
Saxonia, quidam insignem sponsam; eum fatuus homo inter-
rogauit: *Ecquando tandem eam duxurus esst?* Respondit: Pa-
tienter expectandum esse, donec ea sibi permitteretur. Subiecit non
fatuè fatuus: *Ubi eam acquisieris, expectandum quoque erit pa-
tienter, donec ab ea denuò absoluari.* Alijs scilicet præsentia, alijs
absentia coniugis est molesta. Illorum igitur medicina est mors
vxoris, horum vita illius. Hæc præsentia multis interrum-
pit modis. 1. Iam vir abest domo, jam mulier, vel amore
vagandi, vel necessitate negotiorum. 2. Virum itinera, bella,
hostes abducunt; & hi sèpe etiam vxorem. 3. Vtique mordi
in caussa sunt, vt præsentes, absentes videantur. 4. Qui-
haud raro, in ipso demum matrimonio, impedimenta quædam
patescunt, ob quæ matrimonium dirimitur. 5. Mors deni-
que certa est omniibus, quæ tanto amarius dinellit coniuges;
1. Reg. 15. 32. quanto dulcius vna vixerunt, vt proinde dici possit: *Sic in se-
parat amara mors?* Adueriens hæc D. Chrysostomus ait: *Si
de virginit. cap. 53.* coniuges concordissimè vixerint, illas incitat uxor, ne mors dirimat
coniuge.

coniunctionis voluptatem, quod reipsa aliquanda fieri est necesse: & consuetudo diurna disjunctionem intolerabilem facit. Si vero aequans vir coniunctiones gustaret, orbatus est coniuge, maiore in luctuerit, & tanquam ex contrarijs causis, parem viri molestiam trahunt. Quid vero commemoranda sunt, que inter coniugij temporibus molesta acciderunt? Diurna peregrinationes, coniuncta inter eos sollicitudines, morbi, mortes. Haec è matrimonio fausto infustum faciunt, neque contra ea facile ad promissorem, vadem prædemæ inuenies.

Sunt hæc; sed vel ab hominum culpa, vel à Mundi natura veniunt, vt ostendant, nullis in hac vita delitijs esse perpetuitatem. 1. Qui absunt à conjugibus, vagandi amore, coniuges non diligunt. Itaque culpa sua absunt. Quod si sciat coniugum alter, qui domi manet, gaudere debet, si absit, à quo, aut à qua non diligitur, aut etiam odio habetur. Cùm utique melius sit, procul esse ab inimicis. Quod si nonnullos amantes negotia vel propria diuellunt, vel dominorum; ciet id quidem nonnunquam gemitus, nonnunquam & lachrymas, sed amorem firmat, desiderio absentium crescente; & gaudium multiplicat, tam diu omnibus votis suspirijsque desiderato domum redeunte. Quod utrumque in Penelopa atque Vlysse suo Homerus demonstrauit. 2. Si non solum negotia quotidiana, verum etiam longiora itinera, bella, hostes ipsi coniugem abducent, vt in memorato Vlysse contigit, tanto maius absentis desiderium excitatur; tanto fides domi castè viuentis illustrior redditur. Quanquam & qui foris, in bello, diutius rem strenuegerit, clarior euadit. Plus enim Respublica debet amari, quam vxor; & maior est gloria, in bello versari inter tela; quam domi sedere ad colum, & telas tractare. Quod si & hostes maritum, aut maritam abducant, communis est casus, neque matrimonio proprius. Poteſt enim & pater à filio, & filius à patre, & quiuis amicus ab amico abduci, hoste prædominante. Non effet humanus status coniugium, si homines ab humanis casibus liberaret. Et si vel maximè coniunx sit bello captus, aut abrepta filia, est spes & modus restitutionis impetranda, quemadmodum Chrysæ Chryseis est restituta. Neque supra-

Zzz. 2

mulie-